

Matthias Berneggerus Jo. Keppler
S.P.D.

VIr Excellentissime. Habes hic à
filia literas: cui nuper Imperia-
les octo misi Durlacum, redactos è
libri tui distractis exemplaribus o-
mnibus reliquis: Nam priorum pre-
tium filio, quod scis, numeratum est.
Eidem filio vel potius ipsius nomine
Dño Schickarto misi nuper 20 flo-
renos, quos monitu filiae tuæ à D.
Fridio repetii, qui dicit se pridem
eam pecuniam redditurum fuisse,
nisi putasset expectandum chirogra-
phum suum, quo traditæ sibi pecu-
niæ fidem tibi fecit. Sed acquievit
in apocha mea manuscripta. Avi-
dè responsum expesto ad illas quas
d. Junii D. Fridio Pragam curandas
dedi; præsertim ad eam partem, quæ
de antiquis Luckii numismatibus
est. Mutatio fortunæ patroni tui
mitifi-